benignitatis spē erigis; sed præsentibus potius ingētibusq; muneribus. Nā ut alios ꝓpe infinitos breuitatis causa præteriens de meipso uerba faciā quibus sum donis a tua beatitudine honestatus? Quantā mihi q̄q; singularē uoluptatem attulisti nobilissimo ipso Plutarchi codice: quo uirorū illustriū & græcorꝝ & latinorꝝ uitæ græca oratione eruditæ & elegāter scriptæ cōtinēt? Quid qđ ad quotidiana uitæ subsidia singulos ducentos aureos ducatos in singulos annos mihi in oēm ætatē apud alios etiā agēti cōstituisti? Ita certe (qđ absolute est munificētiæ tuæ) & exteriori consulis & interiori homini: quippe qui & ingenio & corpi fomēta attuleris. At ego pro tantis tuis & tam imortalib⁹ beneficijs quid tandē sim relaturus? Nempe illud qđ homūcio solet deo: cuius tu uices diuinitus hoibus repræsentas. Te admirabor / te colā / te uenerabor / te dies ac noctes tū mente & assidua meditatione perspiciā / tum ore; atq; arūdine perēniter prædicabo. Hæc de te desinam unq̄ benedicere / quādoquidē ne tu quidē benefacere in uniuersam uitā desinere uoluisti. Erāt præterea permulta; quæ scribēda mihi occurrebant. Sed hæc idem clæmentissimus cardinalis Bessario (ne sim epistola ꝓlyxior q̄ par est) tuæ sanctitati uerbis meis corā exponet. Reliquū est pater beatissime: ut tibi indubitato persuadeas, meā me omnē fœlicitatem in te uno constituisse; cuius uitam atq; incolumitatem ut oipotēs deus q̄diutissime tueat; etiā atq; etiā opto. Vale in christo Iesu / & me cōmendatū habe. Ex Mediolano Kal. nouembribus. M.cccc.Lviij.

Franciscus Philelfus Borsio æstensi Mutinæ regijq; duci sal. plu. di.

q Vod plura de te indies dux borsi illustrioreq; digna laude prædicant: eo magis magisq; fortunat⁹ mihi uideor: qđ in tuam beniuolentiā me admiseris. Diligi em̄ a tali ac tāto principe nō mediocri fœlicitati ducēdū ē. Nā si morū similitudo iungit mortaliū aios charitate / dissimilitudo aūt in odiū cōcitat: qs nō eū laudandū arbitret; qui tibi carus sit; cui⁹ mirabiles summæq; uirtutes tot tātæq; sunt: ut cū oi antiquitate nō iniuria possis de gloria cōtendere?

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0462
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG